

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Hortvs Ciceronianvs sive Flores Apophthegmatum &  
Historiarum e Scriptis Ciceronis in Vsum &  
delectamentum Studiosae pubis excerpti**

**Omeis, Magnus Daniel**

**Norimbergae, 1699**

28. Jacobvs

**urn:nbn:de:bsz:31-105410**

## 28. JACOBVS.

Jacobus Isaaci filius, homo placidus & simplex, observans Dei, suorum amantissimus. A fratre securo jus primatus emit, & sedulitate matris benedictionem consequitur. Mirum hic Patriarcha ecclesiae exemplum. Pulsus domo, fratris sui minis, noctu in agro dormiens, conspectu Dei fruitur: pressus servitute ab avunculo soceroque, Deum sibi praesentem esse sentit: revertens in patriam cum ipso Deo luctatur & vincit: in quo certamine luxatur femore, sed triumphat fide: in suis itineribus non semel agmina Angelorum obvia habet. Vir Deo tam charus, ac prope familiaris, luget uxorem Rachelem ereptam morte, Bilham ignominiâ. Deplorat filiae Dinæ violentum stuprum, filiorum Simeonis & Levi saeva homicidia, Rubenis

benis &  
 mniun  
 sceleratu  
 cecitate  
 vinculis  
 minis.  
 sus & fa  
 In exter  
 ge, hono  
 Confectu  
 nepotib  
 reis, bo  
 ritur an  
 gesimo  
 gnifice  
 renter a  
 que mo  
 quibus  
 rum lu  
 amplissi  
 Dei filio  
 mine.  
 tens se

benis & Judæ turpes incestus, omnium simul in vendendo fratre sceleratum odium. Cruciatur patris cæcitate, obitu Leæ, raptu Josephi, vinculis Simeonis, orbitate Benjaminis. Ad extremum inedia prefusus & fame, migrat in Ægyptum. In externa provincia amatur a Rege, honoratur a plebe, alitur a filio. Confectus senio, filiis suis & duobus nepotibus ventura prædicit, dira reis, bona precatur melioribus. Moritur anno ætatis centesimo quadragésimo séptimo, transportatur magnifice ab Ægyptiis: suscipitur reverenter a Chananæis, & ad avi patrisque monumenta colligitur, cum quibus de nascituro Messia ex ipsorum lumbis, promissiones lætas & amplissimas audiverat, in quibus Dei filius Silo appellatur, novo nomine. Vnde Deus ipse omnipotens se Deum Abrahami, Isaaci & Jacobi



Jacobi nominat, cum suam magnificentiam & veritatem hominibus vult declarare. Hic vir ex iis unus est, qui ærumnas maximas pertulerunt fide, superarunt patientia.

## 29. JOSEPHVS.

Josephus Jacobi & Rachelis filius, curæ quidem & solatio patri, sed fratribus odio tædioque fuit. Erant in eo dona excellentia, fides, pietas, scientia divinandi, obedientia, castitas, patientia. A Deo, cujus amore sincero flagrabat, in nullo vitæ periculo destituitur. Sapientia enim Dei eum liberat ab impiis fratribus, consolatur in cisterna, extollit in servitute, custodit a proterva domina, honestat in penuria, exhilarat in vinculis. Mente cognoscit magna & præfaga, se fore suorum aliquando principem atque altorem. In carcere Ægyptiaco aulicis capti-  
vis

vis even  
barbarum  
Deo doc  
struit: p  
Ægypti  
& auro,  
cum a R  
curam ac  
gestimo.  
superbic  
dini pro  
rem ali  
provincia  
verissim  
clor, op  
orname  
tum: C  
in carcer  
tati in di  
fratribus  
linquit:  
tulit, J  
Chanan